



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum ratio superior & inferior sint vna potentia, an duæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

DU  
DU  
Magistri Durandi de

repellere omnia occurrentia quae nata essent secundum  
se intelligere illud esse eligendum, dum tamen sint causae  
genitoria, ut nunc declaratum tuit: & si tale medium eligitur,  
liberum est eligi, quia potuit non eligi, cum non sit necessarium  
ad finem quem volumus. Rursum quia finis quem volumus  
non potest haberi nisi per illud medium, vel aliquid aliud  
ideo necessarium volumus indeterminate aliquod medium  
per quod finem consequamur. Et ideo sicut in potestate nostra  
est filtrare vel suspenderem cœlum iudicium illius,  
vel istius mediū determinare. Sic in potestate nostra est  
per eundem actum cui voluntate praedicta mouere ad in-  
quirendum quod illorum mediorum acceptabitur, ut me-  
lius ex quo alterum indeterminate est necessarium, quæ  
inquisitio fieri imperando exercitum virum inferius  
ministratum obiecta intellectus & voluntatis sub diuersis  
rationibus appetibilis vel respubilis, omnibus tamen  
contingenter se habentibus.

18 Hoc supposito probatur suppositum dupliciter. Pri-  
mo ex parte actus necessariorū, medianibus quibus ha-  
bemus actuū liberorum dominium. Secundo ex parte  
actuum liberorū, quorū habemus dominium. Primo sic,  
illa potentia est per prius & principalius libera, per cuius  
actum habemus per prius & principalius dominium actuū  
nostrorum, sed talis potentia est intellectus magis & volun-  
tas, ergo intellectus est per prius & principalius liber quam  
voluntas. Maior de se patet. Minor probatur, quia cu per  
duos actus habemus ceterorum dominium, scilicet per  
notitiam connexionis contingentis aliquorum volibiliū  
ad per se & necessario volabilia, connexionis dico contin-  
gentis quantum ad quodlibet eorum determinatē, sed ne-  
cessario quantum ad aliquod indeterminate. Et per volun-  
tatem qua volumus necessario alterum indeterminate, &  
non hoc vel illud determinatē per prius habemus tale do-  
minus, & principalius per notitiam precedentem, quam  
per actum voluntatis sequente quia ex primo regulatur  
secundus, & non econverso. Notitia autem illa pertinet  
ad intellectum, quare &c.

19 Idem pater secundō ex parte actuū liberorū quorū  
dominium habemus consumiliter ve prius, quia illa poten-  
tia est per prius & principalius libera, cuius actum habe-  
mus per prius & principalius in potestate nostra. Sed talis  
est intellectus & non voluntas, quare &c. Maior de se pa-  
tet. Minor probatur, quia primi actus qui sunt in potesta-  
te nostra, sunt iudicium confluuiū aliquiū eligendi, &  
ipsa electio, inter hos autem actus prius est iudicium con-  
fluuiū (quod pertinet ad intellectum) & electio perti-  
nens ad voluntatem, electio autem regulatur per iudicium  
confluuiū, & non econverso determinatur, etiam electio  
necessario ad illud quod liber cœlum est, ita quod vo-  
luntas non potest in oppositiō, nec respiciere quod est fibi  
propositum si intellectus iudicauerit finaliter & comple-  
tive aliquid, ut nunc eligendum, ut alias probatum est. Et  
sic tota libertas electionis continetur in libertate iudicij  
confluuiū. Et sic patet quod intellectus est liber per prius  
& principalius quam voluntas.

20 Ad primum argumentum in oppositum dicendum  
est & electio non est primus actus lib. ar. sed iudicium con-  
fluuiū intellectus determinantis electionem. Et ideo  
quanuis electio sit actus voluntatis, quia tamen libertas  
electionis depēdet ex libertate iudicij confluuiū, ideo in-  
tellectus est liber quam voluntas.

21 Ad secundū dicendum & maior propositio non est  
vera vniuersaliter, quia non omne posterius est perfectius,  
sicut qualitates sequentes formā substantialem non sunt  
perfectiores ea, sed imperfectiores. Et eodem modo ap-  
petitus sensitiū & intellectus, sunt imperfectiores sensu  
& intellectu, quod autē dicitur & natura procedit de im-  
perfecto ad perfectum, non est sic intelligendum & omnis  
forma posterior sit perfectior priore, sed quia perfectio-  
nes quae sufficiunt magis & minus, vel maius & minus  
processu natura, deducuntur de imperfecto ad perfectū.  
Sicut homo prius est puer, & postea vir, proficiendo in  
quantitate & vigore.

22 Ad tertium dicendum per interemptionē maioris,  
quia quanvis nulla sit culpa, nisi respectu eorum quorum  
habemus dominium per aliquem actum voluntatis. Ta-  
men quia illud dominii regulatur & depēdet ex notitia

Sancto Porciano

intellectus, & electio qua peccamus regulatur & depen-  
det ex conclusivo iudicio rationis, ideo libertas magis se-  
tenet ex parte intellectus, & voluntatis. Quod autem di-  
cit beatus Aug. & peccatum adeo est voluntarium, quod  
nisi esset voluntarium, non esset peccatum, ut & verum ei.  
Sed pro tanto, quia actus quo peccamus, vel et actus vo-  
luntatis, vel et actus a voluntate imperatus, vel ad ipsum  
concurrit voluntas, sed non excluditur intellectus regu-  
lans voluntatem.

23 Ad quartum dicendum per interemptionē mino-  
ris, quia intellectus, ut probatum fuit, non potest cogi re  
spectu actus intelligenti, sicut nec voluntas respectu actus  
volendi, respectu autem actuum imperatorū possunt cogi  
tare intellectus & voluntas. Et quando dicitur & Philo-  
sophi fuerunt coacti à veritate, potest respoderi dupli-  
citer. Vno modo quod impropriè accipitur ibi coactio  
pro necessaria adhæsione cum eidem veritate, que non  
est coactio, sed naturalis inclinatio potentie in tale obie-  
ctum, vel potest dici & Philo loquitur signanter. Quia  
non dicit quod intellectus fuerit coactus assentiendo cui  
cung; veritati, sed dicit quod quidam Philosophi fuerunt  
coacti assentire veritati, ille enim cogitur contra cuius in-  
clinationem fit. Et quia contra inclinationem voluntatis  
aliquorum Philosophorum voluntiam defendere suas fal-  
fas opiniones, fuit evidencia veritatis opposita, ideo ma-  
nifestata veritate voluntas eorum coacta est, cui placet  
oppositus assentit. Sed intellectus eorum non est coactus,  
cum inclinatio eius naturalis sit ad assentendum mani-  
festo vero, & sic voluntas coacta est, contra cuius inclina-  
tionem factum est, non autem intellectus.

24 Ad quintū dicendum quod potentia que est pura  
passim respectu determinationis actus, dummodo sit actus  
ua respectu exercitū actus, illa actiuitate qua possit fuisse  
re a iudicio conclusivo, modo quo dicta est prius potest  
esse libera: talis autē est intellectus sicut & voluntas. Imo  
magis & voluntas, ut declaratum fuit prius. Et ideo potest  
esse liberetur & voluntas, & plusquam voluntas.

25 Ad sextū dicendum quod minor est falsa, quia ap-  
petitus sensitiū non obedit rationi, nisi mediante muta-  
tione, quæ fit circa potentias sensitiū apprehensivas,  
qua appetitus sensitiū necessario & præcisè sequitur iu-  
diciū sensus, ut declaratum fuit in quest̄ de habitibus.

26 Ad septimum dicendum & minor est falsa: quia in  
tellectus dei practicis de aliquo hendo cui respondet vo-  
luntas libera est liber, & per prius & principalius & elec-  
tio voluntatis secundum nosrō modum intelligēdi. Et  
cum dicitur & Deus necessario sit quicquid sit, verū  
est quantum ad notitiam simplicem, quæ cognoscit quad-  
itates rerum existentes vel posibilēs, & quantum ad co-  
gnitionem speculativam & complexam. Sed quādam ad  
cognitionem practicam quæ dicitur aliquid fore vel nō fo-  
re, liber est, quia nihil futurum habet necessariam colli-  
gantiam cum bonitate sua.

27 Ad primum argumentum alterius partis quod vi-  
detur probare quod voluntas non sit libera, potest repon-  
deri & voluntas non est potentia distincta ab intellectu  
secundum aliquid absolutum, sed eadem natura absolu-  
ta est quia intelligentis & voluntatis, ita quod isti duo ac-  
tus sunt ab eadem natura absoluta ordine quadam, & sic  
illa natura que est voluntas est cognoscens, & per confe-  
quens libera. Secunda ratio bene probat & intellectus est  
per prius & principalius liber & voluntas, & hoc concedit  
Tertia similiter idem probat. Quarta vero quæ vis-  
detur probare quod ambae potentiae æqualiter sint libe-  
rae, non concludit, quia quanvis intellectus & voluntas  
essentialiter pertinet ad lib. ar. & in definitione eius po-  
nuntur, non oportet tamen quod æquales sint & æquali-  
ter libere, quia partes definitionis & definiti non oportet  
quod sint eiūdē gradus & eiūdē perfectionis in his que  
pertinent ad definitum. Et sic est in proposito.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrū ratio superior & inferior sint una potētia, an duae.  
Thom. I. q. 79. ar. 8. s. c. II.  
Secundo principaliter queritur, vtrum ratio superior  
& inferior sint una potētia, an duae. Et videtur quod sint  
duae, quia regulans & regulatum differunt realiter, sed ra-  
tio superior regit & mouet inferiorem, ergo &c.

2 Item

## Lib. II. Distinctio. XXIII.

2 Item si non differunt nisi quia ratio superior intedit aeternis, inferior vero temporalibus; per eandem rationem potest distinguiri oculus superior, in quantum respicit superiores & oculus inferior, in quantum respicit inferiores; sed hoc non dicitur, ergo nec illud.

3 IN contrarium est quod dicit Aug. in litera, quod cum de natura mentis humana differimus, de una quada differimus, neque eam in superiori, neque in inferiori ratione partem nisi per officia geminamus.

4 R E S P O N S I O. Videndum est primò quid sit ratio superior & inferior, quia per hoc patebit quod queritur. Ratio autem ut dictum est in praec. quest. nominat potentiam discursuam à principiis ad conclusiones. Principia autem ex quibus discutit ratio speculativa vel practica, vel sunt accepta naturaliter sicut in speculabilibus de qualibet esse vel non esse, & omne totū est maius sua parte & in practicis quia nihil in honestate est faciendum, vel sunt accepta ex revelatione, puta quod Deus est trinus in personis, & unus in essentia, & sic de aliis articulis quo ad speculabilitatem, & similiter quo ad operabilitatem, pura & nihil est committendum quo vita eterna amittatur. Et quia aliora & digniora sunt quae per revelationem habentur, & quae naturaliter cognoscuntur, ideo ratio deducit aliquid ex principiis per revelationem habitis, vocatur superior: deducens vero practicē vel speculatiū aliquid ex principiis naturaliter cognitis, vocatur ratio inferior. Et sic ratio tam inferior & superior includit tam speculatiū quam practicum. Vnde Aug. dicit quod ratio superior est quae intedit aeternis conficiens quod ad speculationem, vel cōfunden-  
do quo ad operationem: inferior vero quae intedit temporalibus rebus, communius tamen vtrum ei prout per tinent ad proximū sive ad operationē: quia hæc distinctione principi alteri introducta est ad inquirendū qualiter peccatum & processus peccati consummetur in nobis.

5 Ex hoc patet quod ratio superior & inferior non sunt diuersae potentiae animæ, quia illa potentia cuius obiectum formale est ens secundum rationē entis, non plurificatur secundum plurificationē specialeū entiū, sicut potentia visuā cuius obiectum formale est color, non plurificatur secundum plurificationē specialeū colorū. Sed intellectus habet pro formalī obiecto & adequare ens secundum communem rationē entis, ut patet ex tertio de anima & per Aug. qui dicit quod qui non intelligit ens, nihil intelligit: ergo potentia intellectuā non distinguitur in diuersas potentias per hoc quod intendit aeternis conficiendis vel consumulendis, seu temporalibus disponendis. Nulla autem potestia præter intellectuā potest prædictū intendere, ergo &c. Et confirmatur, quia deducere conclusionē aliquā ex principiis necessariis, vel ex principiis contingentibus, non variet potentiam, sed habitus: quia vnu pertinet ad scientiam, aliud vero ad opinionē: ergo similiter procedere ex principiis naturaliter cognitis, vel per revelationem habitis, non variat potentiam, quanvis possit variare habitus: quia vnu pertinet ad sapientiam, reliquum vero ad scientiam, prout de sapientia & scientia loquitur Augustinus.

6 A D primum argumentum dicendum quod ratio superior regit inferiorē non quidem ut potentia potestiam, sed per actum superioris rationis considerantem altiorē finem regitur & dirigitur actus inferioris rationis accedit ad finem sub fine.

7 A D Secundum dicendum quod oculus materialis per aspectum superiorē non regitur respectu inferioris sicut oculus intellectuā, nec in aspectu superioris & inferioris est aliqua differentia quo ad actum, vel modum actus, ut sic possit aliquis gradus ibi inueniri in ratione superiori & inferiori.

Sententia secundae partis. xxiii. distin.  
in generali & speciali.

I Llud quoq; prætermittendum est. Superior determinat uir Magister de potentia animæ. Hic determinat quomodo in eis habet esse peccatum. Et diuidit in tres. Primum determinat suum intentum. Secundo determinat causam suæ digressionis seu determinationis. Tertiò removet quoddam dubium. Secunda ibi, hoc autem de anima paribus. Tertia ibi, non est autem silentio prætermittendum.

## Quæstio V.

Prima in duas. Primum ponit quādam similitudinem progressionis peccati in nobis, & in primo parente inducens similitudinem de peccato primorum parentum que ad virum & mulierem & serpentem. Secundò vero ostendit quomodo in primis parentibus habuit esse peccatum. Secunda ibi, nunc supereret ostendere. Prima in duas. Primum ostendit suum intentum. Secundò confirmat quod dixerat per autoritates. Secunda ibi, Vnde August. Hęc est sententia & divisio lectionis in generali.

2 I N speciali sit procedit & proponit quod sicut in primo peccato serpēs mulier persuasit, & mulier viro, ita in nobis sensualitas suggestor inferiori parti rationis & inferiori superiori, inferior autem & superior se habent sicut mulier & vir, quia sicut mulier producta fuit de viro & sola in adiutoriū data & vna cum ipso in carne. Ita inferior portio à superiori deducta est & data ei in adiutoriū. Et est vnum cum ipsa in vna mentis natura. Postea dicit quod si in sensualitate solum sit mortuus, veniale peccatum est. Si vero ad partem rationis superioris perueniat ei mortale peccatum, si autem in inferiori ratione cōsistit. Aliquando veniale est, si non diu in cogitatione manet. Aliquando mortale si diu in cogitatione manet & delectio placet. Et subdit quod sunt quādam quae si semel sunt mortalia, quādā sunt quae si stant semel sunt veniales. Si autem plures sunt mortalia. Postea probat hæc omnia per autoritates Augusti, in quibus aliquando videtur dicere quod cogitatio sine opere sit mortale, aliquando quod sit veniale quia dicit quod ratio inferior in aliquo similis, & in aliо quo dissimilis est mulieri, quia mulier sola poterat peccare perfectè non sic autem inferior ratio. Vnde secundo dicit quod pro sola cogitatione venia petenda est, sicut & pro aliis peccatis. Postea dicit quod ideo de partibus animæ determinat ut cognoscatur lib. ar. Et quomodo in eo potest esse peccatum. Ultimò dicit quod largè sumendo inferior ratio potest dici sensualitas. Et in hoc determinatur, &c.

## Q VÆSTIO QVINTA.

Vtrum aliquod peccatum mortale possit esse in sensualitate.

*Trio. 1. q. 7. 4. art. 3. cap. 4.*

C Ira distinctionem istam queritur de duobus. Primum est, vtrum aliquod peccatum mortale possit esse in sensualitate. Secundum est, vtrum morosa delectatio quam quis habet cogitando de peccato mortali sit peccatum mortale. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod peccatum mortale possit esse in sensualitate, quia opposita natura sunt fieri circa idem. Sed virtus quae opponitur vicio habet esse in sensualitate, ut temperantia & fortitudo (sicut apparet ex 1. Ethic.). ergo in sensualitate potest esse peccatum mortale eius oppositum.

2 Tunc actus cognoscitur ex obiecto, sed circa obiecta sensualitatē contingit peccare mortaliter, sicut circa delectabilitā carnis, ergo actus sensualitatē potest esse peccatum mortale.

3 I N contrarium arguitur quia virtus & virtutē sunt in his quae sunt propria homini cum non inueniatur in bruis. Sed quod est proprium hominis supra bruta pertinet ad rationem & non ad sensualitatem, ergo &c.

4 Item August. dicit contra Faustum quod peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem eternam. Sed attendere ad legem aeternam pertinet solum ad rationem superiorē, ergo solum in ratione superiori potest esse peccatum.

5 R E S P O N S I O. Circa questionē istā sunt duo pre intelligenda. Primum est quid vocatur sensualitas. Secundum est quid vocatur peccatum mortale & quid veniale.

6 Q VANTVM ad primum sciendum est quod sicut libe-  
arb. non nominat aliquam potentiam absolute, sed potentiam sub proprietate (ut dictū fuit prius). Sic sensualitas d. 23. q. 3. non nominat aliquam potentiam absolute, sed nominat proprietatem potentiae, vel potentiam sub proprietate. Cum enim appetitus sensualis propter sui corruptionē non plenē subicitur rationi, sed plerumq; deliberationē rationis præueniat & iterum motus eius deliberationē sequentes plenē subicitur imperio rationis propter quod respectu horum potest esse virtus & vitium quae si ne electione non sunt. Sensualitas nominat appetitum

Y 5 sensu